Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



pat ei. qm uellet uocari eu. Et postulans pugillare
scripsit dicens. Johs est nomen ei. Et mirati sunt uniuersi. Ap
tum est autem illico os eius. et lingua eius. et loquebat benedicens dm.
Et factus est timor super omnes uicinos eorum. et super omnia mon
tana iudee diuulgabantur omnia uerba hec. Et posuerunt
omnes qui audierant in corde suo dicentes. Quid putas puer iste
erit. Et enim manus dni erat cum illo. Et Zacharias pater
eius impletus est spiritu sancto et prophauit dicens. Benedictus dns
ds israel. quia uisitauit et fecit redemptionem plebis suae. Et
erexit cornu salutis nobis in domo dauid pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex in
imicis nostris et de manu omnium qui oderunt nos. Ad fa
cienda miam cum patribus nris. et memorari testamentum
suum sanctum. Iusiurandum quod iuratum est ad abraham patrem
nrm daturum se nobis. Vt sine timore de manu inimicorum nrorum liberati seruiamus illi. In sanctitate et iustitia
coram ipso omnibus diebus nris. Et tu puer propheta altissi
mi uocabis. Ibis enim ante faciem dni parare uias eius
Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem
peccatorum eorum. Per uiscera miie dei nri in quibus uisitauit nos ori
ens ex alto. Illuminare his qui in tenebris et in umbra
mortis sedent ad dirigendos pedes nros in uiam pacis.
Puer autem auxi crescebat et confortabatur spiritu. et erat
in deserto usque in diem ostensionis suae ad israel. Factum
est autem in diebus illis. Exiit edictum a cesare augusto. ut
describeretur uniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est
a presidente syrie cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur sin
gli in suam ciuitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea
de ciuitate nazareth. in iudeam ciuitatem dauid que
uocatur bethlehem. eo quod esset de domo et familia dauid.
ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnante
factum est autem cum essent ibi. impleti sunt dies ut pareret. et
peperit filium suum primogenitum. Et pannis eum inuolut
et reclinauit eum in presepio. quia non erat ei locus in diuerso

Initium